QUAESTIONES THEOLOGICAE IN LIBRUM TERTIUM SENTENTIARUM PETRI LOMBARDI
12. bis 13. Jh. Seite 12r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26544
Copyright: Admont, Benediktinerstift



mundi huius. & in me non habet quic
quam. Nunc autem a pastore derelicta,
causando. & conquerendo clamat.
quare me dereliquisti? Solus homo
fuit. & deus non fuit. & iam homo non
deus fuit. quia iam ab homine recesse
rat deus. nec homo deus fuit, quia adhuc
uiuus in cruce pendens. a deo derelictus
fuit. Iam non solum ergo in morte, sed an
te mortem diuinitas fuit. ab homine
recesserat. quando homo adhuc homo,
dominum a se recessisse. ac per hoc ut isti aiunt
dominum se non esse plangebat. Quis hoc
dicat? Quomodo ergo ~~intelligebat~~ [inquiunt intelligendum quod xpc] se a deo
derelictum esse [clamat] & quod scriptura homi
nem separatione diuinitatis moriturum
clamasse afirmat. si deus ab homine,
non recesserat? Quid ergo? Non potuit
humanitas diuinitatem etiam secundum ali
quid deseruisse. in quantum uideli
cet eam potestati inimicorum expositam
ad tempus non defendit. & secundum ali
quid non deseruisse. in quantum